Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

commonens ⁊ castigans & dicens. Noli me filii non bene ego
audio de uobis ⁊ cetera. quae uelut peccata arguebat ut dei
iudicio commonebat. tamen quoniam non diiudicauit neque helo
dei adusu eos motus est in tantum iracundia domini prouocari
in eum. ut etiam uniuersus populus pereretur cum filiis. & extin
gueretur. & arca testamenti ab alienigenis raperetur. ⁊ ip
se insup omnibus subusis miseranda morte corueret. Quod
si ut in populum ignorantem deuinus peccato ut in parte qui
commonuerat & corripuerat filios. p peccato tanta dei ira
cundia accensa est. quid spandum est de his qui cognos
cunt aliorum delicta & reticent. nec qualemcumque adhibe
nt correctionem. Quos utique conueniret obseruare illud
quod apostolus a dehortiis ait. Quare non magis abu
ti estis ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. & re
liqua. Sed illud. Ecce enim hoc est secundum deum contrista
ri quantum operatus est in uobis sollicitudinem. sed excusatio
nem. sed indignationem. sed timorem. sed desiderium sed emenda
tionem sed uindictam. Unde & metuere debent ne forte
etiam nunc similem ueteribus interitum sumant hi qui simi
lia negligunt immo & grauius. quanto magis pnicio
sius est spnere legem xpi quam legem moysi ⁊ his competit
illud aptari quod dicit. Septies uindicandum est de cain.
de lamech autem septuagies septies.

Qui aliquotiens anima etiam si non satis agat sponte tamen quodam genere incedit ei dolor quidam cor
dis. ⁊ compunctio timoris dei. aliquotiens autem tanta securitas
& negligentia animum tenet. ut etiam si cogat se homo non
possit dolorem aliquem ut compunctionem cordis adsumere